



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

349. Quædam Monialis infirma obtinuit licentiam consitendi cum quodam  
confessario Regulari, dubitatum fuit sione, an potuisset ingredi cum Socio;  
& si finita confessione an statim debeat egredi? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

præceptio per quam Superiores Monialibus etiam non petentibus Confessarium extraordinarium offerre tenentur bis aut ter in anno. Ergo illum possunt offerre ultra tertiam vicem. Adde quod prohibitum non censetur, quod non reperitur expresse tale; imò concessum censetur quod non est expresse prohibitum. Et tale Decretum fuit editum favore Monialium, ut ne interdum formidantes Confessario ordinario confiteri, sacrilegas confessiones efficeret, & ideo cum sit favorabile, extendendum erit ultra tertiam vicem. Multas alias rationes pro sua firmanda sententia adducit Bordonus *vbi supra*, qui respondet ad auctoritatem Gauanti; nempe illam declarationem esse intelligendam de designatione plurali, hoc est accedendi pluries ad eundem Confessarium extraordinarium distinctis vicibus.

Sup. hoc sup. in Ref. 345, & 346, & pro parte in Ref. 1. huius annot. §. 2. post mediū, verū vbi notandi & in Ref. 2. §. Verum tamen. Et Resolutio citata ad lin. 4. huius §. d. difficultas, inuenitur in tom. 4. ut. 4. Ref. 10, & ibi etiam in Refol. 11.

2. Et notat post Constitutionem Greg. XV. *Inseruabili, & c. Data die 5. Februarij 1622* Superiores Regulares suis Monialibus non amplius deputare Confessarios Ordinarios, siue extraordinarios nisi prius sint ab Episcopo approbati.

3. Sed difficultas est, an tempore Iubilæi Moniales possint sine licentia Episcopi vel Superioris Regularis confiteri cum quocumque Sacerdote approbato. Faustus, & Alphonsus de Leone quos in 3. part. 4. ref. 154 adduxi mordicus negat. Verum me citato aduersus illos nouissime insurgit Franciscus Bordon. *vbi supra, in Consilijs Regularium ref. 34. num. 53* vbi docet posse Moniales valde eligere sibi Confessarium, qui proinde eas absoluat iuxta præscriptum Iubilæi neque ad hoc indigere licentia aut speciali approbatione Episcopi pro audiendis Monialibus. Tum quia non sunt deterioris conditionis reliquis fidelibus & illis hoc priuilegium æquè communicatur, & prorsus eodem modo, ac cæteris fidelibus. Tum quia viri Religiosi non egent huiusmodi licentia, ex probatis §. *Primum*, ergo neque Moniales. Tum quia in iis quæ à iure, seu à iuris legislatore conceduntur, non requiritur Episcopi licentia, inquit Graff. *tom. 1. ref. 8. de voto, n. 6. per c. dua 19. q. 2.* Tum quia sine licentia adfunt omnia requisita, nempe approbatio Episcopi, & iurisdicção à Papa ex vi electionis delegata. Tum denum, quia ratio dubitandi non habet locum hîc, sed solum pro Confessionibus ordinarijs, vel extraordinarijs, iuxta c. 10. *sess. 25.* vbi fermo est de Confessarijs ordinarijs, & extraordinarijs, qui bis, aut ter in anno illis offeruntur, quæ non possunt cadere in electionem Confessarij tempore Iubilæi; vnde in Constitutione Greg. XV. & in Concilio sit mentio de Confessarijs deputandis, non autem de electione eorum, quod est diuersum, nam deputatio respicit Superiores, electio ipsas Moniales, ergo cum ex diuersis non fiat illatio, secundum vulgata iura, firmum sit, quod possint eligere Confessarium tempore Iubilæi, & absolui independenter à suis Prælatijs supradictis.

Et quia in hac resolutione incidit fermo de Confessarijs Monialium, non desinam hîc apponere aliquas Declarationes Congregationis Concilij, factæ verbo cum Sanctissimo editas anno 1623, tenoris sequentis.

*Confessores extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbentur ordinarios verò Confessores ante constitutionis publicationem deputatos posse durante triennio ab eorum deputatione inchoado pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis, absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut eorum facultas à Sede Apostolica triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.*

*Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius constitutionis deputatione, quibus alioquin facultas com-*

*pererat audiendi Confessiones Monialium sibi subiectarum, posse durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantum que sponte, ac proprio motu id ab eis petentur, At vero eos, qui post constitutionem eliguntur, aut quocum modo deputabuntur, vel qui in eorum Officijs, seu dignitatibus, expleto iam tempore à constitutionibus cuiusque Ordinis vel alias legitime presinto, ad illud tenentur confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius à Diocesano Episcopo idonei iudicari, atque approbati fuerint.*

*Regulares generaliter ab Episcopo approbato ad Confessiones personarum secularium nequaquam ceteri approbato ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere quo ad hoc speciali Episcopi approbatione.*

*Regulam ad audiendas Confessiones Monialium in vniuersis Monasterijs ab Episcopo approbato minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterij.*

*Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbato ab Episcopo ad Monialium Confessiones vna vice audiendas haud posse pluries in vno approbationis eiusmodi illarum Confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputatijs conigerit.*

*Episcopum cui licet ex rationabili causa iuxta dictam constitutionem Superiores Regulares admittere, ut emittant Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad eorumdè Monialium Monasteria pertinentijs usque Superioribus id facere directantibus, hebetque facultate prædictos Confessores, & administratores emittendi quoties, & quando opus esse iudicauerit, non tenentur eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinquere arbitrio, & prudentia Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio serio onerant.*

4. Huculque declarationes Sacra Congregationis, quas inuenies apud Ricciū tom. 4. *decis. 244. & apud Barbofam in Concilio Tridentinum sess. 25. cap. 10. vbi num. 5.* obseruat fuisse decisum posse Episcopum dare Confessorem Monialibus subiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci possunt, ut suis Regularibus peccata confiteantur, quod etiam testatur Campanillus in diuersis iuris Canon rubr. 12. *cap. 16. n. 5.*

RESOL. CCCXLIX.

*Quædam Monialis infirma obtinuit licentiam confiteri cum quodam Confessario Regulari, dubitatum fuit tunc, an potuisset ingredi cum socio, & si finita confessione an statim debeat egredi?*

*Difficilis vero est, quænam moradicatur breuis, et qui in tali casu intra Monasterium immorando non dicatur peccare contra Clausuram? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 51.*

§. 1. **L**icet superior illius Religiosi noluit, ut cum socio ingrederetur, tamen ego tunc probabilem sententiam potuissè cum socio ingredi, quia decernit, ut Religiosi numquam soli incedant, & ita docet Sanchez in *sum. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 46.* & innuit Miranda de *Monialibus. q. 2. art. 17. sub fine.* & hoc licet in licentia Vicarij Generalis non adest mectio de socio, sufficit enim ad hoc licentia explicita ipsi Sacerdoti concessa; nam hæc etiam ad socium extenditur. Scio contrariam sententiam docere Bonacinam *tr. de clausura. q. 4. punct. 4. n. 4.* Quia ait ille, non dedecet Confessarium claustra Monasterij ingredi, socio ad tantum remanente, sicut non dedecet Religiosum in vno cubiculo negotium cum Principe agere, socio illum ad Palatij ianuam expectante. Sed ego puto esse disparatam rationem inter vtrumque casum, ut omnibus patet, non nego tamen opinionem Bonacinæ probabilem esse.



2. Ad secundam dubitationem respondeo. statim debere egredi, & peccare mortaliter aliter faciendo. nisi breui spatio immoretur; paruit enim materia; etiam in hoc, à mortali excusat. Imo Sanchez n. 60. Molfesius in sum. tr. 7. cap. 20. n. 42. Rodriguez in qq. Regul. v. i. quaest. 47. art. 1. Miranda q. 2. de Monialibus, art. 2. & alij, non solum à mortali, verum etiam à veniali excusant breuiter immorantem; vt si causa euiositas aliquantisper in visendis officinis immoretur. Difficultas est, quanam mora dicatur breuis; vt quis in tali casu intra Monasterium immorando, non dicatur peccare contra claustrum. Villobos in sum. rom. 2. tr. 35. diff. 49. n. 1. sic asserit. [El Señor Don. Fr. Antonio Treio Obispo de Cartagena, quando fuit General de nuestra Orden declarò, que le tuuiesse por poco tiempo un quarto de hora.] Igitur secundum Villobos, si Confessarius in tali casu immoraretur in Monasterio per quantumtè horæ, non peccaret contra claustrum, semotis tamen alijs prauis circumstantiis, vel sine male.

RESOL. CCCL.

An Moniales Turris Speculorum Roma existentes sine Religio, & eorum vota sint solemnia?  
Et an dictæ Moniales, si contraherent matrimonium quamuis peccarent valide tamen contraherent?  
Et inferitur, quod si recedunt à Monasterio non sunt Apostatæ, & his non obstantibus gaudent priuilegijs Canonis & fori & exemptione gabellarum. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 88.

§. 1. De hoc casu interrogatus fui à viro pio, & docto Andrea Victorello, nec sua affirmatiua opinio adherere potui; nam eorum ordo viuendi non fuit approbatus à Summis Pontificibus, tanquam religio, sed tanquam bonum, & nimis laudabile institutum. & eorum vota sunt simplicia; hinc dictæ Moniales si contraherent matrimonium, peccarent, valide tamen contraherent; nam votum castitatis quod emittunt, non est solenne, sed simplex. Inferitur etiam secundo, si recedant à Monasterio, non sunt Apostatæ, quia non sunt Religiosæ. Et ita ex Nauarro docet P. Sanctarellus tr. de Apost. tr. 3. dub. 1. n. 5. P. M. Candidus de recto Regim. Sanct. disp. 5. art. 5. dub. 3. Ricciullus de iure person. lib. 8. c. 2. n. 7. Bonacina q. 2. de clausura punct. 1. §. 1. n. 3.

2. Notandum est tamen hic obiter dictas Moniales Turris Speculorum gaudere priuilegio fori, & Canonis, & exemptione gabellarum, quia licet non sint, vt diximus, Religiosæ, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, viuentes in communi, & sub obedientia. Ergo, &c.

RESOL. CCCLI.

An Sorores Tertiariæ possint à Sacerdotibus suarum Religionum in articulo mortis sumere viaticum, & extremam unctionem

Vbi multa de Tertiariis, vulgo dictis Bizoch e proponuntur in textu huius Resolutionis, pro illarum sepulture casibus ab Episcopo reseruatis, & etiam pro reseruatis à Prelatis Regularium, an comprehendant illas, & pro priuilegijs fori, & Canonis. Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resolut. 30.

§. 1. Olim poterat ex priuilegio Sixti IV. nunc verò est interdictum, vt obseruat R. Magister Theodorus Stratus Generalis Ordinis Carmelitani meritis in opus. de Tertiariis,

c. 9. vnde visum est mihi hic per extensum apponere Epistolam Sacre Congregationis directam ad Episcopum M. de la. & tenoris sequentis.

Illustr. & M. Rev. come Fratello.

Hauendo Monsign. mio Eminenti. Card. Cesarino riferito nella S. Cong. quan. V. S. ha passato con li frati dell'Ordine di S. Agostino del finale di cotesa Diocesi in materia del Predicatore della Quaresima; e circa la Tertiaria del medesimo Ordine, che se n'è morta vltimamente. Questi Em. mei sù l' dopo hauer maturamente considerate discusse le ragioni de dote per l'vna e l'altra parte, hanno risoluto quanto al primo non esser stato lecto al frate di quella Religione predicare nella Chiesa del suo Ord. dopo hauer domandata, e non ottenuta da V. S. la benedictione, mentre expressamente li contradisse, & prohibi anco che non predicasse, e che poteua lei in questo caso procedere contro di lui, e punirlo con valersi della facultà, che se ne dà à gli Ordinarij de Luoghi dalla Constitutione del sel. mem. di Gregorio XV. De exemptorum priuileg. E quanto al secundo articolo della Tertiaria sono stati similmente di parere non hauer potuto li frati del Conuento sud. in vigore di qualsiuoglia priuilegio dell' Ord. loro amministrare i Sacramenti della Communione per Viatico, & Extrema vnctione, ne meno an dare à levare il Cadauero di Casa processionalmente, senza interuento, ò licenza del proprio Parocho, essendo queste funzioni proprie de Curati, à quali in ogni tempo, ma in questo più che in ogni altro s' aspetta il ricognoscere, aiutare, & hauer pensiero particolare dell' Anime commesse alla loro Cura, massima che la Tertiaria, ancor che fossi professa, non era clustrale, ma habitaua in Casa propria dentro à i limiti della Parochia di quel Curato. Onde per dare à V. S. & à coteso popolo la sodisfatione che si conueniene s' è dato ordine qui al Procuratore Generale della med. Religione, che debba far venire da lei il Prouinciale di Romagna ad humiliar se, e mostrarle quelli ossequij di reuerenza, e di rispetto, che hanno tralasciato di viare li suoi frati, nelli Casi predetti, mentre non si può far venire il frate med. che predicò per la lontananza del luogo, doue hoggi si troua; Ripromettendo si all'incontra l'Eminenze loro, che ella lo ricouerà benignamente, e trattera seco con quella Charità, e piacevolezza, che suole essere propria del Padre, e Pastore; Il che li significo per ordine della S. Congregatione, accio sappia le risoluzioni che si sono prese, el modo, come s'haura da gouernare in questo Caso, e negli altri che possono succederli per l'auuenire: Dio la prosperi. Di Roma li 17. Giugno 1639. Di V. S. Ille M. Rev. Aff. come fratello, Il Cardin. S. Honorio, Arcieues. di Tebe Secretario]

2. Circa sepulturam verò supradictarum Tertiariarum in casibus occurrentibus Parochi, & Superiores Religionum recognoscant declarationes Sacre Congregationis appostas à Iulio Laurio in suis elucubrationibus variis, titul. 2. cap. 11. num. 102. & 103. Sed quia supradictus Reuerendissimus & amicissimus Pater Stratus multa curiosa asserit circa dictas Tertiarias, & Codex non ita facile inuenitur, non definam hic per extensum apponere, sic enim asserit vbi supra. Et quia reseruare casus est actus iurisdictionis spiritualis, & propterea Episcopus non potest reseruare casus, nisi quoad suos subditos, vt tradit etiam Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. cum nostræ Tertiariæ sint exemptæ à iurisdictione Ordinarij, videtur consequenter dicendum, quod casus reseruati ab Ordinario quoad illas minimè sint reseruati, & quod propterea Sacerdotes nostri modo sint approbati ab